Quelle: https://manuscripta.at/?ID=26826
Copyright: Admont, Benediktinerstift



Vespere autem sabbati quæ lucescit in prima sabbati. cum adhuc tenebræ essent: venit maria magdalene: et altera maria ut videret sepulchrum. Et ecce terræmotus factus est magnus. Angelus enim domini descendit de celo. et accedens revolvit lapidem. Et respiciens vidit revolutum lapidem a monumento. et angelum sedentem super eum. Erat autem aspectus eius sicut fulgur: et vestimenta eius sicut nix. Præ timore autem eius exterriti sunt custodes. et facti sunt velut mortui. Respondens autem angelus. dixit mulieribus. Nolite timere vos. Scio enim